Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



Qui intingit mecum manum in parapside. hic me tradet.
Et sequitur Item mathes ita subnectens, filius quidem homi
nis uadit sicut scriptum ē. de illo, Uae autem homini illi
per quem filius hominis tradetur. Bonum erat ei si na
tus non fuisset homo ille, In his et marcus eodem etiam
ordine consonat, Deinde mathes subiungit, respon
dens autem iudas qui tradidit eum dixit, Numquid
ego sum rabbi. Ait illi. tu dixisti. etiam hic non expressum
est utrum ipse. ēē, Potest enim adhuc intellegi.
tamquam non ego dixi. Potuit etiam hoc sic dici a iuda.
Et a dn̄o respondere. ut non omnes aduesterent,
Deinde sequitur mathes et inserit mysterium corporis et
sanguinis a dn̄o discipulis datum. sicut et marcus et lucas,
Sed cum tradidisset calicem. rursus de traditore suo lo
quutus ē. quod lucas persequitur dicens, Uerum tamen
ecce manus tradentes me. mecum ē. in mensa. Quidem
filius hominis secundum quod definitum ē. uadit. Uerum
tamen. uae illi homini per quem tradetur, hic iam intel
legendum ē illud consequi quod iohannis narrat. Isti aut̄
praeter mi sit. quae illi dixerunt, Cum ergo post tradi
tum calicem dixisset dn̄s quod a luca positum ē, Uerum
tamen ecce manus tradentes me mecum ē. in mensa.
Et cetera coniungitur illud secd̄m iohannem, Erat ergo
recumbens unus ex discipulis eius in sinu ihū. quem dilige
bat ihs, Innuit ergo huic symon petrus. et dicit ei. Quis ē,
dic̄ itaq; Cum recubuisset ille super pectus ihū dicit ei.
Dn̄e quis ē, respondit ihs. ille cui ergo intinctum panem por
rexero. Et cum intinxisset panem dedit iudae simonis
scarioth. Et post bucellam. tunc introiit in illum satanas
hic uidendum ē. ne non solum lucae. qui iam dixerat In
trasse satanan in cor iudae. Quando pactus ē. tunc cum
iudaeis. ut eum accepta pecunia traderet, sed etiam sibi